1424. In Mar: 2 April: Ex Orig: Arch: Regni.



Literæ Johannis Senioris Ducis Masoviæ etc: super Advocatiam Tykoczinensem Petro de Gumowo Datæ.

23

In nomine Domini Amen. Ad Rei memoriam sempiternam. Johannes Dei Gratia Senior dux Masoviæ et Russiæ terrarum Dominus et hæres Czirnensis etc: Significamus omnibus et Singulis tam præsentibus quam futuris, præsentium literarum Notitiam habituris præsentium per tenorem. Quod consideratis et inspectis fidelibus servitiis nobis per Petrum de Gumowo fideliter exhibitis et impensis, et in posterum Christo Duce, ipse una cum ipsius posteris ipsa Servitia impendenda et exhibenda, nobis et Successoribus nostris reddidit se promptiorem præmissorum meritorum ob respectum, sibi et ipsius Successoribus legittimis, Sculletiam sive advocatiam in Opido nostro Tykoczino cum jure inferius descripto, dedimus, damus, donamus, ascribimus appropriamus, et in verum titulum hæreditarium gratiose conferimus perpetue et in æ-

vum

vum, nomine cujus Sculteciæ Petrus prædictus et ipsius Successores legitti-mi decimum mansum pro nobis novem collocatis, et tertium denariū cujuslibet rei judicatæ infra limites Opi-di prædicti, tenebit, habebit, reget, guberna-bit, proteget, defendet, ac pacifice et qui-ete temporibus perpetuis possidebit, nec non vendet, donabit, alienabit, obligabit, commutabit, et ad usus suos benepla-citos convertet, prout sibi et ipsius Suc-cessoribus melius et utilius cum eadē videbitur expedire, sed nostra et Suc-cessorum nostrorum voluntate in præ-missis primitus requisita. In Cujus rei testimonium sigillum nostrum majus præsentibus est appensum. Actum et datum in Lomza feria quarta pro-xima post dominicam lætare irlm̄. Sub anno domini Millesimo, quadringen-tesimo Vicesimo quarto, præsentibus vi-ris Strenuis et nobilibus dominis Stiborio Subcamerario Zacrocimensi, Nec non Curiæ nostræ Marschalco, Johanne Judice, Jacobo subjudice Lomp-zensibus, Petro de Sarpsko, Borutha de Modla hæredibus, et aliis quàm plu-rimis fidedignis testibus ad præ-missa. Scriptum per manus Pauli Grzimislai de Barzewo Plocensi et

Warschoviensi

Warschoviensi Ecclesiarum Canonici, Nec non Cancellarii Curiæ nostræ, qui præsentia habuit in Commissis.

Ta Kopia przepisana z Oryginału pargaminowego, u ktorego wisi pieczęć na Sznurku iedwabnym plecionym Koloru Zielonego z Czarnym. Roku 1705. d. 13. Julii.